



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Evictio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

quod si unus relinquatur sensus, nullum esset sacramentum, & deberet reiterari, si vacet; Sum. Sacram. quæst. 22. Navar. c. 22. n. 22. secus verò si relinquuntur pedes, vel lumbi in maculis; quia istæ partes non sunt de essentia hujus Sacra- menti.

## EVICTIO.

**P**rimò, evictio datur etiam in beneficiis, vide Rebuff. *in titul. de per- mu. numero 25.* & infra, vide Cap. *decis. 106.* Alexand. *in lege non solùm, §. morte, f. de oper. novi nunc Atflist. decis. 8.*

Secundò, Ecclesia non tenetur de evictione, Abb. *in cap. si quis, numero 13. de reb. Eccl. non alien.*

Tertio, an Prælatus teneatur de evictione, idem *in cap. ad audienciam, num. 5. ead. sit.*

## EUCHARISTIA.

## SUMMARIUM.

1. *Vbi debet conservari Eucharistia.*
2. *An lampas ardentes sit necessaria in Eu- charistie circumlocutione.*
3. *Quoties debet renovari.*
4. *Quomodo debet custodiri.*
5. *Quomodo deferri debet ad agrotum.*
6. *A quibus possit administrari.*
7. *Quando currat præceptum de sumenda sacra sancta Eucharistia.*
8. *Quæ pana presbyteri male gubernatis sa- cramenta Eucharistia.*

**A**d primum. Vide Conc. Trident. *seff. 13. c. 6.* & capsula sive pixis, in qua conservatur sub custodia, debet esse argentea, vel eburnea, non lignea, vel vitrea, vel lapidea, & ita per primum est recep-

tum ubique, non primum propter peri- culum vermium, non secundum, ob fra- ctionem, non tertium, ob humiditatem, & ponderositatem.

Ad secundum. Cùm extrahitur à sa- crario, sive à custodia, debet deferri cum luminaribus, *cap. sane de celeb. Miss.* sed non invenitur de jure communi, quod ante custodiā ( ut reperitur san- ctissimum hoc Sacramentum ) debeat state lampas accensa; secus verò de com- muni usu recepto in Ecclesia Dei ex Con- cil. Provincialibus & aliis Constitutioni- bus, Navar. *Tractat. de hor. Canon. c. 18. numero 67.*

Ad tertium. Singulis octo diebus, et iam tempore interdicti, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, per *cap. permitimus,* de sentent. excommunicat. Navar. *cap. 27. numero 172. notab. 8.*

Ad quartum. Vide *d. cap. sancimus, &c. de custod. Eucharist. & Diaz. in pract. crim. Can. cap. 40.*

Ad quintum. Debet deferri ad infir- mos modo quo in dict. *cap. sane.* & aliis bene dispositis, & ordinatis in diversis conſtitutionibus diversarum Cathedra- lium: sed quia inolevit quidam abulus, quod si infirmus ob tuſsim, vel aliquod impedimentum non posset commu- nicare, faciunt deferri sacram Eucharisti- am ægrotō, ut saltem eam adoret, quod non posse, nec debere fieri censuit fac. Congreg. 374. & dicam in opusculo meo de *Praxi Sacramentali.*

Ad sextum. Hoc Sacramentum po- test administrari eam à Regularibus personis communicante volentibus, exce- pro die Paschatis Resurrectionis, Nav.

*cap.*

Ecc 3